

467⁴⁷⁴ FROM THOMAS MORE.

Deventer MS. 91, f. 188 v.
LB. App. 251.

(London.)
(c. 20 September 1516.)

[Clearly contemporary with Epp. 461, 465, and 468. Dr. Reich and Mr. Nichols agree in placing this after Ep. 468; but as the tense used about the despatch of the bill, together with Ep. 465, is the same in both cases (*misi*; l. 6 and Ep. 468. 2), there is no reason for deciding that one of these two letters accompanied them rather than the other: for the addition of *nuper* here in l. 7 does not affect the position. It seems to me easier to suppose that More sent off Ep. 465 and the bill as soon as they arrived, c. 17 Sept., perhaps without any accompanying letter; and that both this letter and Ep. 468 were written shortly afterwards, this being the earlier and accompanying the letter mentioned in Ep. 468. 6, 7. Certainly it might be expected that a letter written from Calais c. 27 August (l. r n.) would reach London before rather than after 22 Sept.]

MORVS ERASMO S. P. D.

ACCEPTI litteras abs te scriptas Caletī, quibus te (quod gaudeo) com-
moda nauigatione vsum intelligo. Praepositus Caseletanus rettulit
mihi te, priusquam ille domo profectus est (nam nunc apud nos
fungitur legatione), Bruxellas incolumem peruenisse. Maruffus nuper
5 occurrit mihi, clamans nescio quo errore suo incommodo pecuniam
tuam esse solutam. Ego praeterea misi ad te aliam syngrapham
eius nuper xx li⟨brarum⟩ nostratium ab Archiepiscopo; in qua
expungenda spero te eadem fortuna vsurum, si properes priusquam
contra admoneat suos; nam hoc videtur omnino facturus. Is qui
10 aperfert litteras, xx li⟨bras⟩ quas apud me deposuisti, persoluet
Aegidio, videlicet xxx vestrates li⟨bras⟩ pro xx nostratibus.

Nuper egi apud Vrsuicum de equo tuo. Dicit se breui curaturum
vt habeas, sed adhuc non esse sibi qualem velit ad te mittere. Misi
ad te iam pridem Nusquamam, quam ego gestio et breui prodire et
15 bene ornatam etiam egregia et magnifica laude, eaque si fieri posset
a pluribus non litteratis modo, sed etiam his qui sint ab admini-
stranda republica celebrati; maxime propter vnum (quem etiam
tacito nomine subire tamen tibi puto) qui nescio quo affectu (nam
hoc tu diuina) dolet editam ante annorum eneada decursam. Haec
20 tu curabis vt putabis ex vsu esse meo. Caeterum gestio scire an
Tunstallo ostenderis aut saltem (quod fecisse puto) depinxeris; quod

1. litteras] Probably of about the same date as Ep. 457.

2. Caseletanus] Theinseke; see Ep. 412. 52 n. He had at first proposed to start for England on 28 Aug.; but on 31 Aug. he was still in Brussels; cf. Brewer ii. 2303 and 2322.

5. pecuniam] Cf. Epp. 388, 412, 424.

10. deposuisti] Cf. Epp. 461. 18,

468. 9, 481. 5, 6, and 499. 6.

15. ornatam] This wish was amply gratified; for the first edition of the *Utopia* contains letters or verses of eulogy from five literary friends, one of whom, Jerome Busleiden, was also a statesman.

17. vnum] Can Colet be intended?

19. eneada] Cf. Hor. A. P. 388.

malo. Nam sic ei bis placebit, et quod te referente res apparebit elegantior quam scribente me, et quod eum legendi labore leuaueris. Vale.

468₄₇₄ FROM THOMAS MORE.

Deventer MS. 91, f. 178.
LB. App. 52.

London.
(22 September 1516.)

[From comparison with Epp. 465, 467, 481, there can be no hesitation in accepting Dr. Reich's correction of the date.]

THOMAS MORVS ERASMO S. P. D.

ERASME charissime, salue. Dominus archiepiscopus Cantuariensis curauit ad te mittendas 20 libras nostrates. Misi ergo ad te Maruffi syngrapham et simul Archiepiscopi litteras ad me, vt possis intelligere et illum esse pecuniae suae liberalem et me nequaquam malignum dispensatorem alienae; praeterea vt festines Episcopum facere ac-
5 ceptae pecuniae certiolem, vti sit Maruffo causa repetendi. Scripsi cuidam nostrati qui meam pecuniam nundinis istis recipiet, vt soluat Aegidio libras 30 Flandricas, quibus ille tuo nomine fateatur dis-
solutas illas xx libras nostrates, quas tu nuper apud me deposuisti.

Litteras tuas misi Lathimero et meas item de re Roffensis Episcopi; ¹⁰
verum adhuc ab illo nihil accepi, sed nec ab Episcopo quidem. At Coletus iam graecatur strennue, vsus in ea re precaria opera Clementis
mei; credo fore vt pergat et peruadat nauiter, maxime si tu ab Louanio vsque stimules; quanquam fortasse satius erit eum impetui
suo permittere. Solet, vt scis, disputandi gratia repugnare suaden- ¹⁵
tibus, etiam si id suadeant in quod ille sua sponte maxime propendeat. Adii Vrsuicum; is se memorem dicit equi esse tui
breuique effecturum vt habeas; quod quum faciet, ego efficiam vt cognoscas, ne suppositio possis falli.

Raptim Londini postridie Mathaei apostoli.

20

462⁴⁶⁹. FROM WILLIAM NESEN.

Deventer MS. 91, f. 148.
LB. App. 106.

Frankfort.
(September 1516.)

[This letter was written by Nesen after receiving Ep. 462 at Frankfort, whither he had accompanied Lachner (cf. l. 17 n.) for the fair. I conjecture that on returning to Basle he learnt of Erasmus' proposal—of which at this

467. 23. quam LB: quod MS. 468. 13. mei LB: me MS. 20. Mathaei Reich: Mathiae MS.

468. 5. Episcopum] Cf. Ep. 388. 58 n.
6 Scripsi] Probably with Ep. 467.
10. Litteras] Evidently written after the visit to Rochester; cf. Epp. 481. 16 seq. and 520. 12-5.

12. Coletus] Cf. Ep. 471. 27.
Clementis] Cf. Ep. 388. 173 n.
15. repugnare] For a somewhat similar feature in Colet's character see Ep. 270. 29 seq.